



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

199. Non vlscisci iniuria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

que paulo post euanescent tantam habent gloriam, quanto magis caelestia, quae parata sunt sanctis Dei?

3. Recte S. Petrus Ep. 2. c. 3. asserit promissiones diuinas quibus regnum promissit aeternum non esse idcirco vacuas putandas quod videantur in longum differri, quia quod nobis longum, Deo est breuissimum, cum mille anni apud eum qui aeternitatem complectitur, sint instar diei vnius, imo instar momenti. Deinde omnem illam moram procedere ex illius benignitate qua omnes ad salutem expectat. Errare vero eos, qui mundum in eodem semper statu perseverare existimant, nam & olim aquis deletum, & in futurum igni delendum reseruari, tunc novos caelos & nouam terram exhibitum iri.

SIGNVM CXCIX.

*Non vlcisci iniuriam ab aliis
factam.*

S. Amb. Ep. 25. Non hac, inquit, sola est forma iustitiae, vt nō ladas eum qui te non laeserit, sed etiam illa, vt etiam remittas ei qui te laeserit. Etenim si iustitia virtus est, crimine debet vacare, nec improbitatem improbitati resellere. Quae enim virtus hoc à te fieri quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis non vicio est. Nihil autem interest cui malefacias, vtum iusto an iniusto cum te malefacere non oporteat. Neq. distat quomodo malignus sis, vtum iusto vindicandi studio an vobis nocendi cum malignitas in vtroq. genere non careat reprehensione.

Fff 2

SI.